


IMPRIMERIE DE LA FACULTÉ

FACULTÉ
DE
THÉOLOGIE
DE PARIS
—
THÈSES

BIBL.
L'UNIVERSITÉ
M.S.
687





BIBL.
DE
L'UNIVERSITÉ
MS.
687



Volume de 187 feuillets
moins 21, 22, 23, 104, 124, 129, 128 et 133 ~~pages~~, 151 à 164. et 173)
20 Juin 1912

(collat)





Thèse latine

De natura lapsa, seu De peccato originali.

1^a Sectio. De peccato originalis causa

id est, De Eva et Adam peccato.

Hanc Thesim De peccato originali in duo capita dividemus, ut materia tanti momenti, que est velutcardo, in quo rotatur tota religio christiana, accuratè explanetur ac maximè claritate fulgeat. In primo capite, nobis agendum erit de peccato primorum parentum et de ejus effectibus quoad ipsos, in secunda sectione, vel 2^o capite, de existentia, natura seu essentia, subjecto et effectibus peccati originalis in posteris.

Caput 1^{um}

De peccato primorum parentum et de ejus effectibus quoad ipsos. Hinc Duo articuli.

Articulus 1^{us}. §. An primi parentes peccaverint, et quodnam peccatum commiserint. 1^o Primi parentes mandatum sibi a Deo datum transgressi sunt. 1^o Preceptum quoddam peculiare Deus imposuit Adamo his verbis injunctum; *Voluit ergo Dominus Deus et posuit illum in Paradiso, ut operaretur et custodiret illum, præcipitque ei dicens; Ex omni ligno Paradisi comedas. De ligno autem scientie boni et mali ne comedas; in quocumque enim die comederis ex eo, morte morieris (Gen. 2.)* Quæ intelliguntur — 1^o De vera et propria seu materiali arbore, quod est de fide certum, cujuscumque speciei fuerit, forsitan ab alijs excellentioris, sicut erat lignum vite; quæ arbor fuit dicta scientie boni et mali, et orientis, ut est frequentior interpretatio, quia post eam, cognoverunt bonum quod amiserunt, et mala quæ incurrerunt, unde agitur de actione comedendi corporali; ne comedas. 2^o De præcepto justo et convenienti, cujus ratio tota et adæquata protulit esse, vel saltem præcipue fuit, obedientia Deo debita, dirinque

praecepti recipientis, (ut saltem in hoc modo aliquo observantibus homo)
est sola ratio quod esset a Deo praeceptum (St. Thom. opus. 2. 188.), praeter
terea positivum aliquod praeceptum praeter legem naturalem menti
hominis inditam, imponere videtur convenienter praesertim quando agitur
de ordine supernaturali. 3.º De praecepto gravi, ex genere suo, quod obli-
garet sub reatu peccati mortalis; est de fide; quia de facto fides
docet Adamum et Evam peccasse mortaliter. mortem imminutus est
illis Deus et mortem incursum; peccaverunt ex gravi, qui in eo sta-
tu facilius impleri poterat praeceptum, et totam naturam humanam
in Adamum hujus status inducere debebat illius transgressio. 4.º
De praecepto soli Adamo a Deo immediate imposito, sed pro ipso et
muliere, et in ipso pro omnibus posteris; erat enim lex universalis
et perpetua, quae obligatur oraliter omnes filios Adae in statu in-
nocentiae nascituros, si perseverasset. 5.º De obligatione in solidum, soliditate
sive lex illa peculiare factum inter Deum et hominem, ut genus,
solum praecepti, sine pacto, obligatio illa Adamo et toti eius posteri-
tati in ipso fuerit imposita (Goto, Vasquez) quia de solo praecepto
dicendo necessarium fuisse Institutionem vel Decretum ex peculiari
Dei voluntate, quia necessarius fuerit expressus Adams consensus,
ut lex illa vim habeat obligandi in Adamo, tanquam capite,
totam et integram naturam, ut ab individuo part. appellatur. - 1.º
Decretum fuit necessarium; Adamus enim spectari debet ut perso-
na individualis et prout erat caput humani generis, quod in eo om-
niatim continebatur, sub priori respectu, lex etiam precise sumpta,
ipsius obligabat, sine ullo dubio, De omnium Consensu, sub alio
respectu in duplici sensu fit legis interpretatio 1.º in eo sensu quod
omnibus. Ad hoc posterius prohiberetur esus arboris; ne comedas; in hoc
sensu lex mediante Adamo, ut capite, cui pro ipso et pro om-
nibus imposita fuit, omnes et singulos attingebat. Et in hoc sensu
quod si Adam praeceptum servaret fideliter omnes eius posteri
cum natura reciperent omnia dona in iustitia originali inclusa
si vero praeceptum transgrediretur, tota natura humana deha-
erent, naturam in capite culpabiliter, adeoque dona specialiter reciper-
ent, in eo sensu, videtur Institutionem positivam supernaturalem factam
fuisse, vel Decretum Divinum legi animum aut in eo includendum;

satis hoc videtur supponendum. Etiam hoc vero, etiam perpe-
 tua, parentibus data, non obligat filios donec generentur, si hoc
 spectatur precise, ex sola rei natura. Confirmatur quia si Adam non
 peccasset, aliquis autem eius filius, ut v.g. Caius de ligno comedis-
 set, alii ut Enok, Cains filius, in patre non deliquerent. Item
 si Adamus filium ante peccatum suum habuisset, ille filius et
 eius posterii peccati originalis participes non fuissent; non enim ex
 lumbis hominis Capitis lapsi, descendissent, item conquisitio mortis,
 morte moriens, de posteris Adami etiam intelligenda est ex Concilio
 Arelatense et Tridentino. hoc autem ex sola natura rei esse
 non potuit, sine peculiari ordinatione. 2° Constat etiam Consensum
 Adami non fuisse necessarium. Sufficiat per se voluntas Dei
 ad ferendum hoc decretum, sicut ad legem, maxime cum ageretur
 de transmissione Donorum nature indelictorum. Sic igitur Adam consti-
 tutus est, non solum caput physice totius generis humani, ut om-
 nes ab ipso per generationem naturam humanam reciperent, vel
 moraliter, ut alios instrueret et precepta transmitteret, sed etiam
 caput morale vel genus ita ut ab eius fidelitate penderet Conservatio
 seu unio Donorum supernaturalium cum natura in singulis ab eo
 per generationem descenditibus. Hanc sententiam de Decreto Dei sine
 Consensu Adami, probabilior, ac dicam verior existimamus.

* 2° Mandatum sibi a Deo datum Nam quae sunt, est de fide (Gen. 3.)
 De Eva legitur; Tulit de fructu illius et comedit. Rediitque sibi suo. Traditio
 Hebraeorum de huiusmodi peccatione fuit semper constantis, unitatis alii
 et clara; sic passim in sacris litteris Moysi posterioribus (Ysaiah.
 2. 34) legitur. Invidia Diaboli mors intravit in orbem terrarum et ibid.
 10.2 De Adam dicitur et evasit (Ysaiah) illum a delicto suo. Quod
 vero ad Christianos spectat, nullum potest oriri Dubium, cum Ecce-
 sia ipsam dixerit a Jho et eius apostolo. Siquidem Jho (Joan. 8. 44)
 de diabolo dicit: Ille hominibus erat ab initio, quatenus protopariter
 ad peccatum induit eos apostolos (2 Corin. 11. 3.) loquens de serpente
 quo vetula instrumento Diaboli usus est. Etiam, inquit, seduxit
 astutia sua. Nec desunt ^{penes} omnes gentes huius Traditionis
 primitiva vestigia, adeo ut vel ipse Voltaire in Philosophia histo-
 ricæ scribere non dubitavit: Casus hominis est fundamentum Theologie
 omnium pene antiquorum populorum.

§ 2° Primi parentes graviter peccaverunt. Peccatum Consideratur
 quoad speciem et quoad gradum.

* 1° quoad speciem. * Eva peccatum incepit a tentatione exter-
 na per serpentem certe Corporeum et visibilem, imò set probabiliter,
 verum animal, qui ut causa instrumentalis, sensibilis nec aut. Dono,
 locutus est per Demonem ut causam proximam et proprie tentantem

se coheruit secundum tentationem Demonis; atque motum contentis
 fuit incentus una superbia; videtur sicut dicitur. et aliunde voluit Demon
 hominis ruinam eadem via qua ipse ad perditionem trivit. Denique
 humilitatis via Christus humanam naturam reparavit. 3^o Objicitur
Superbia. Inter extremos opiniones que magis vel minus improba-
 biles videntur, sententia probabilior et communior dicitur prima paron-
 tes appetuisse quamdam Dei similitudinem habere, non qualemcumque,
 sed homini in concessam et inoperabilem; ita mirum ut sicut Deus
 omnium deorum iam habet, nec indiget rectora, nec cujuscumque
 potestate subditus est, sic et ipsi omnia scirent, nec ab illo
 regerentur, nec aliquem altiori subditi essent, sed independentes suo
 jure et arbitrio viverent. Hinc talis superbia semina relicta
 sunt in humano genere, proest in apud eos qui ut Philoso-
 phi, Pharisaei, Delagiani, Rationalistes voluit statuere justitiam
 et justitiam Dei non subjeuntur. (St. August. Estius) Quare Liber de
 Caput 3) 4^o Propter superbiam et consequenter ad illam, alia
 peccata protyparentes commiserunt. 1^o Erat peccatum infidelitatis
 commisit, id est, aliquid dictis Dei et vere fidei contrarium.
 (August. Thomas) non tamen probabilis cum pertinacia et
 heresi formali; desiderium habuit internam comedendi de lignis,
 quod opere compleret et consummarit, cui conjuncta est mali-
 tia gula; peccatum scandali cum dedit verum suum, et excusatio
 que tamen videtur venialis, (Quare, caput 6.)

2^o Adarnus ex St. Paulo (1^a Corinth. 2. v. 14) non sedue-
 tus est sed mulier. Multi St. Patres antiqui docuerunt
 Adarnum seductum fuisse de captione fidei contraria, et commisit
 se peccatum infidelitatis; primum ad idem esse ad verba
 apostoli vel particulam primo, vel particulam, per respondentem.
 Sed ex Quare et aliis, anteposenda est expositio et senten-
 tia St. Augustini dicens Erant accidisse credendo aliquid
 verbi Dei contrarium, sed Adarnum seductum fuisse, sciendo
 illud esse malum peccatum ductum amore uxoris; unde secundum
 peccatum non fuit infidelitas, fidei contraria, sed inordinatus
 amor uxoris, ne contristetur; tertia autem in obedientia.

3^o Quod gravitatem. Multi, nique graves theologos docent
 nullum omnino veniale peccatum in statu innocentie committi
 potuisse (St. Thom. 1. 2. 89, 3) (Quare Lib. 3 Caput 13.
 Estius etc.) Quod quid sit de hac opinione, affertur amicus pee-
 catum parentum nostrorum fuisse mortale et gravissimum. Hoc
 constat ex multiplici matitia quam inimit Scriptura, et
 supra exponimus; ex verbis quibus in sacris litteris significa-
 tur, et ex opere redemptoris; ex precepti gravitate, facili-
 tate, status perfectione, et presentia beneficiorum Dei; et

per gravitate peccatorum quibus lex erat sanctorum. Quere potest
 1.º An peccatum gravius fuit in Adamo, quam in Eva? 2.º An fuit
 omnium peccatorum gravissimum? Quoad 1.ºm Distinguitur 1.º eorum pecca-
 tum videtur aequale in specie et objecto, nempe superbia (in pari sexu, pari
 factis 4.º August.) Quoad 2.ºm circumstantias, mutatus est excessus; superbia
 in primo signo vel instanti delicti per inconsiderationem, gravius fuit in
 Adamo, quia ratio erat fortior et major obligatio, sed ut per se
 et in progressu, major in Eva fuit. 2.º Peccatum infidelitatis in Eva,
 et amoris concupiscentie in Adamo, gravius fuit Eva quam in
 Adamo. 3.º Peccatum inobedientie majus est in Adamo ex ejus
 conditione, et in Eva gravius et motus, scilicet appetitione
 excellentia et ex majori libertate, dum Adamus amore concupiscentie
 et fragilitate deliquit. 4.º Peccatum, quod est, scandalum, est Eva
 solius; hinc, pensatis omnibus, videtur forsan Eva gravius peccas-
 se quam Adamo.

2.º An peccatum primo orum parentum fuerit omnium peccatorum
 gravissimum? In specie et essentiali malitia sua non videtur
 simpliciter gravissimum; quoniam Dei heresis, blasphemia, gravi-
 ra sunt. Sed ex circumstantiis status, omnibus pensatis, maxi-
 mam habet gravitatem, quam Despicere difficile est. Si compara-
 tur cum peccato angelorum, hoc gravius est in specie superbia,
 in sua malitia gradu et multiplicatione; v.g. peccatum Jude,
 Arii, Lutheri, Godonorum est. Tamen sub aliquo respectu
 peccatum primo orum parentum tale specie et gravitate existit,
 ut nullum sit nec futurum sit illi simile. Nam ex vi Decreti
 Divini de Solidaritate, quam inferabat, est unicum in sua specie
 et peccatum non solum individuale, sed genericum, quod totam
 naturam respicit et universum genus humanum in malum injicit.

Articulus 2.º. Effectus peccati Originalis in Primis Parentibus.

1.º Per peccatum suum Adami aversi sunt Deique 1.º Sanctitatem et
 justitiam in qua Constituti fuerunt, amissam et incurrerunt
 per offensam provocacionis, iram Dei et indignacionem; personaliter
 et formaliter effecti sunt, injuri, ingrati, rebelles, a Deo rejecti. Hinc
 2.º mors animae, seu privatio vite supernaturalis et consequenter
 Cujusunque juris et proportionis ad visum intuitivum, et ordinem
 suum supernaturalium. 3.º An amissam fidem? Alii afferunt
 alii negant; saltem eam amittere meruerunt, eaque privari, quia
 incurrerunt De jure omnia damna ordinis supernaturalis.
 3.º Spoliati sunt Donis et Potibus, quae in Decreti Divini
 cum gratia sanctificante erant annexa et cum ipsa servan-
 da vel amittenda. 1.º Motum Corporis incurrerunt, quem
 illi Dominus comminatus fuerat. 2.º Immunitatem ab aerumina,
 a doloribus et ab omnibus nocivis perdidit (Genes. 3, 18, 19, 20.)

3^o amissa gratia, que continet et potentias, amiserunt triplicem
 subjectionem, id est, mentis ad Deum per intellectum ad Cognoscendum
 et per voluntatem ad obediendum; spiritum inferiorem
 anime ad superiorem; et corpus ad animam vel rationem; nam
 triplex subiectio constituebat qualitatem originalem in sensu
 stricto; motibus concupiscentie obnoxii fuerunt: « Donatus est
 homo sibi, qui deseruit Deum placendo sibi, et non obediens Deo, non
 potuit obedire nec sibi. » ... « ita ut qui custodiendo mandatum
 futurus fuerit etiam carne spiritualis, fieret etiam mente carnalis »
 (St. August.) 4^o Deum sebetie amiserunt, et error et deceptio-
 ni obnoxii facti sunt; sic totum vitam per illam praesertionis
 offendam secundum corpus et animam in deteriori commutatum fuisse
 a Cicerone, definitum est. 5^o Causa ad Deum et pro peccatum
 in altera vita fuerit personale et actuale, praesens tum Deo
 tum sensu in altera vita laudam incurrunt, 1^o quidem
 quia, a Deo, ut fuit supremi aeterni, aransi sunt; 2^o vero quia
 cum propria voluntate injuriam Deo intulerint cum etiam ut
 finem naturalem obmuerunt, ad bonum commutabile commu-
 si et in propria excellentia quiescentes.

Capitulum 2^{um}

2^a sectio.
 De propaga-
 tione pecca-
 ti originalis.

De constantia, essentia, subiecto, effectibus peccati
 Originalis in posteris. ---
 Unde quatuor articuli secus in nucleandi sunt.

§ Peccatum originale dicitur; illa natura humana
 macula, vel inordinatio, quae cum ipsa natura ab Adam
 per generationem propagatur.

Articulus 1^{us} Constantia et transmissio peccati originalis.
 Sed statum questionis tunc cognoscendum fuerit praesertim;
 1^o non esse permissibile secundum dogma de originali peccati existen-
 tia et propagatione, cum propagationis modo. Illud enim
 de fide est, iste vero non item. 2^o Non controversiam periter
 permissibile secundum de constantia cum natura et essentia originali
 peccati.

Circa essentiam seu naturam ejusmodi peccati plures in-
 quunt. Videri partes sententiarum, non solum inter catholicos
 et protestantes, sed etiam inter catholicos ad invicem. Postea
 aetate enim saeculo XVI contemderunt peccatum originale aut
 in aliqua substantia consistere, aut in ipsa concupiscentia,
 aut in actuali prava cupiditate. Panam theologi catholici
 consistere in morbida quadam animae qualitate, 1^o Peccatum
 originale, quod est mora animae, in Adae postea transfundi
 docent sacrae litterae, Constanti et universali traditione. Haec
 doctrina est de fide catholica. Non concilium Tridentinum
 dicit in Canone 2^o " Si quis Adae praevaricationem sibi soli, et
 pro propagatione accepit voluisse, et acceptam a Deo sanctitatem et justitiam
 quam perdidit, sibi soli et non nobis etiam perdidisse; aut in qui-
 nationem illam per inobedientiae peccatum mortem et poenam corporis tantum
 in omne genus humanum transmississe, non autem et peccatum, quod
 est mora animae, anathema sit. Item in Canone 3^o " Si quis Adae
 peccatum, quod origine unum est, et propagatione, non imitatione
 transfundit, omnibus inest uniusque proprium... per aliud remedium
 tolli, quem pro merito Jesu Christi... anathema sit. Ex his ergo colli-
 gendum est reatum culpae, quatenus ab Adami actione procedit,
 in omnes ejus posteritas, fierique unius cuiusque proprium. Hanc senten-
 tiam docent sacrae litterae. Clarissima sunt verba apostoli
 Pauli (Rom. 5. v. 12): " Sicut per unum hominem, scilicet in
 mundum peccatum in hunc mundum intravit, et per peccatum mors, et ita
 in omnes homines mors pertransiit, in quo omnes peccaverunt, et v. 18.
 " Sicut per unius delictum in omnes homines in condemnationem, sic et
 per unius justitiam in omnes homines in justificationem vitae" ac (v. 19)
 " Sicut per inobedientiam unius hominis peccatores constituti sunt multi,
 per unius obedientiam, justis constitutur multi." Et in epist. ad Corinths
 (Ch. 5. v. 14.) " Christus inquit, pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui
 sunt, et pro omnibus mortuus est Christus.

Concludendum est ex apostolo igitur 1^o idcirco omnes morti obnoxii
 sunt, quia omnes peccaverunt in Adam; non vero non peccaverunt
 omnes qui morti obnoxii sunt peccato actuali, ut infantes, ergo omnes
 peccaverunt peccato originali. 2^o eadem ratione constituntur peccatores
 per Adae peccatum, seu inobedientiam, quia constituntur justi per
 Christi meritum et obedientiam; atqui homines veri et intrinseci, seu
 formaliter, per peccatum seu inobedientiam homines constituntur
 peccatores. 3^o Eatenus Christus pro omnibus mortuus est, quatenus
 omnes mortui sunt aliquo peccato sive propria voluntate peccato,
 sive voluntate aliena. Quia non omnes mortui sunt peccato

propria voluntate peccato, ergo omnes mortui sunt
peccato voluntate aliena peccato, nempe Adami, seu, quod idem
est, ex ad ductis Pauli testimoniis, luculenter patet in omnes
transfundi peccatum originale.

Hac vim ac robur accipiunt ex apostoli
scopo, qui est ostendendi adversus Judaeos, quomodo omnes
homines ex justitia unius Christi justificentur; ad autem evincit,
argumento quod vocant ad hominem, et recepta apud illos
Doctrina de damnatione in homines per Adae peccatum
illata; uti fatentur ipsi ration auctoritate biblicae, Michaelis,
Minnon, Rosenmuller.

His Beati apostoli verbis optime conci-
unt haec alia Veteris Testamenti (Job. XIV, v. 4) "quis
potest facere mundum Deo in mundo conceptum semine? Nonne tu
qui solus es?" agitur ergo de sorde, a qua solus Deus mun-
dare potest, ac proinde de peccato proprie dicto, in conceptio-
ne transmisso. Septuaginta habent; a quis mundus erit a
sorde? Nemo etiam unius Diei sit vita eius super Terram.
(Ps. 90, v. 4) "Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum et in
peccatis concepit me mater mea, (in textu hebraico habetur,
in iniquitate peccato.) proinde ille textus de solo peccato origi-
nali intelligendus est et vera sic eum intellexerunt Judaei
et Patres Ecclesiae inter quos Hieronymus in hunc locum,
" Numquid David. De adulterio natus erat, De Hese reo juco et
Conjuge ipsius? Quid est quod se dicit in iniquitate conceptum,
nisi quia dicitur iniquitas se Adam. Etiam ipsum vinculum mortis
cum ipsa iniquitate concretum est." Ergo.

Insuper existentia peccati originalis probatur
Traditione et Ratione.

1. Traditio. Unanimis fuerunt Patres circa hoc dogma,
a tempore Pelagianorum; ante Pelagianos autem plures cita-
ri possent, inter quos St. Justinus (Dialog. cum Tryphone)
" nec nasci, nec emefigi ideo sustinuit Christus, quod his rebus indigeret,
sed pro humano genere, quod ab Adamo in mortem et serpentis fraudem
incidit." Tertullianus (De Testimonio animae) ait homines
a Satana circumstantum praecipuum Dei violasse, et additi propterea
in mortem datus, eandem vitam genus De suo semine infectum, sua etiam
traducem fecit." St. Athanasius in Ps. 50, part. 2. "ob Adami iniquitatem,
omnes qui ex Adamo oriuntur, in iniquitatibus concepti sunt, proxi sui damna-
tione lapsi."

Pater ergo Sanctos Patres ante Pelagium existentes cogna
 peccati originali unanimiter admisisse; unde S^{us} Augustinus
 respondet Pelagio dicenti frans fusionem quo peccati confectam
 fuisse (De mystis libro 2, caput 2^o): « Non ego finsi originale pecca-
 tum, quod fides catholica credit antiquius; sed tu qui hoc negas,
 sine dubio es novus haereticus. » Ergo 2^o. Qui plurima ~~horum~~ Patrum
 ante Pelagianos existentium testimonio legere voluerit, consulat
 auctores qui de hac questione fusius disseruerunt, et in primis
 Bossuet (De Jesu De la Tradition livre 8 et 9.)

1^o Probatur Ratione (a) semper creditum fuit in Ecclesia, et
 etiam apud plures haereticos et schismaticos, baptismum neces-
 sariam esse ipsis parulis ad salutem; atqui baptismus neces-
 sarius non esset parulis ad salutem, si peccatum originale non
 existeret. (b) Coeremonie baptismi, ut exorcismi et eius effla-
 tiones, supponunt parulos spiritibus immundo subjectos esse; ergo
 habent peccatum originale et natura sunt filii irae

(c) Christus semper exhibetur ut Redemptor omnium, parvulo-
 rum sicut adultorum; et redemptor parvulorum non esset
 nisi peccatum originale existeret. (d) Natura hominis multis
 modis obnoxia, admissio peccato originali, facile explicatur, et
 absque peccato originali, nulla ratione explicari potest; unde
 Pascal. Pensees.) « L'homme est plus inconcevable sans ce mystere,
 que ce mystere ne est inconcevable a l'homme. Ergo. Ergo.

Existencia hujus peccati originali probata, nunc
 ostendendum est quomodo contrahatur, vel communicetur, deinde
 quomodo sit unicuique proprium. 1^o Adamus erat Constitutus
 Caput physicum et morale (ut supra discimus), omnium homi-
 num. Hinc 1^o in abstracto, seu in ordine Reali, totum genus
 humanum est in Adamo una persona moralis quantum ad
 actus ex quibus pendebat Conservatio vel amissio qualitatis
 originalis. Adam transgrediente preceptum, statim deficit natura
 humana integra; omnes homines, seu omnes anime a justitia
 originali, quae erat eis ex vi decreti in Conceptione infunderentur
 Conducunt; nec potest aliqua individualis natura humana per
 generationem nasci, nisi privata omni justitia, atque ideo
 individuata. Hoc potest vocari Decretum Singularitatis.

2^o In concreto autem secundum ordine reali, peccatum traducitur
 et contrahitur per generationem quod duplici modo intelligi
 potest. Primo modo; juxta legem propagationis generatur seu

seu concipitur homo, ens unum, vitam ex vivente, natura individuali,
 et unum substantiale constans ex Corpore et anima, ut ex partibus
 essentialibus; unde ad eandem legem pertinet corpora formata et
 anima infusio. Porro cum natura humana communis peccato
 per voluntatem Adami, capitis sui et principii morientis, infusa
 sit, omnis individualis natura per generationem participata
 caret gratia, quam habere debet; proinde Corpus privatur virtute
 qua esset anima subiectibile, et anima virtute qua perfecte
 Corpus subditum regeret. Sic generatio est causa instrumentalis
 per accidens alii in ordinationis. Videatur S^r Thomas (1-2.
 q. 113 in Corp.) ubi dicit omnes homines considerari posse, sicut
 unum hominem, vel Corpus et a sicut homicidium manus impita-
 tur, in quantum est aliquid hominis quod movetur a primo principio
 motu hominis; sic in ordinatione que est in isto homine ex
 Adam generato, est voluntaria voluntate primi parentis, qui
 movet motum generationis omnes qui ex eius origine derivantur,
 sicut voluntas anime movet omnia membra ad actum.
 (Hinc respon. ad 2^{um} et 3^{um} de Potenti) humana natura derivatur
 a parente in filium per translationem Carnis, cui postmodum
 anima infunditur, et ex hoc infectionem incurrit quod fit
 cum Carne traducta una natura. Secundo modo, Corpus ex
 Carne peccati Conceptum habet aliquam occultam dispositionem
 ad peccatum; anima autem que est peccati Capax, cum infan-
 ditur Corpori ut eius forma et pars substantialis unius Compositi,
 ex contagio Corruptum et foedatur, ut flos in loca foedo, sicut
 anima doret, si uniretur Corpori vulnerato, aut in flammis
 posito. (Innocent III; Petrus et alii.) S^r Thomas hunc
 locum denuo indicavit (in 2^a Distinct. 30, 2 ad 3 et 5.)
 Anima non inficitur per infectionem Corporis, quoniam Corpore agente in animam,
 sed per quamdam collustrationem unius ad alterum, quia forma
 recipitur in materia secundum conditionem ipsius materiae, cum omne quod
 est in altero, sit in eo per modum recipientis. Et ideo hoc ipso quod
 Corpus illa virtute privatur, qua perfecte erat subiectibile anime, sequitur
 etiam quod anima illa virtute caret que perfecte Corpus subditum regat.
 Et talis defectus originalis iudicatur culpa est natura, prout considera-
 tur Consequens ex voluntate alicujus, habentis naturam, et qua natura tradue-
 ta est. Rejiciuntur alii modi, nempe opinio eorum qui dicunt ex
 nullo pacto vel Decreto, sed ex natura rei per libidinem sine
 concupiscentiam generantium, que Carnem inficit, traduci peccatum

Quod in eodem Concilio, aut verum esse quod dicitur (Luth. et Cal.)
 vel eorum qui vellent esse in corpore aut formalem rationem
 peccati, aut qualitatem aliquam que rationaliter aut physice inflectat
 animam etiam laborem imprimet, vel eorum qui docent homines esse
 peccati res, quia si hodie tempore viverent, velut Adam peccasset
 et ceteri debent ei voluntates suas committere.

Peccatum originale est peccatum proprium dictum, quod est
 mors anime (Concil. Trident.), privatio rectitudinis debite, et discomposi-
 tio ad rectam rationem; cui debetur mors stipendium peccati (Rom. 6);
 insuper peccatum originale habet laborem, maculam originis vitiatam,
 reatum; in quibus omnibus convenit cum peccato actuali.

Est peccatum unicuique proprium (Can. 3; Tridentin.). Cum unguis
 infantes sint immundi, abluque indigeant; mors est unicuique
 propria; justitia originis unicuique transmissa fasset, ergo eodem
 modo peccatum. Dicitur peccatum naturale, quia contrahitur hoc ipso
 quod quisque recipit naturam a primo parente; quia est ab
 ipsa natura per naturam; quia est commune toti nature
 ab Adam via ordinaria propagata; quia sola natura recipitur,
 nec ab hac persona contrahitur per actum propria voluntatis.
 Dicitur originale quia nobis ab origine, seu a primo generationis
 initio communicatur; et a primo parente, qui est omnium nostrorum
 origo; vel etiam a primo ipsius peccato. Dicitur hereditarium, quia
 non propria voluntate committitur, sed ex prima primi hominis transgre-
 ssione contrahitur; — quia est vitium nature, fit etiam
 vitium persone proprium, in quantum persona naturam vitiatam
 recipit. (St. Thomas, 1-2, 81. 1; 2 tractat. Disting. 30.) Insuper
 peccatum originale est voluntarium in partibus, partim voluntate
 primi parentis, ex qua actus et causaliter descendunt; partim
 voluntate singulorum passiva et hereditario jure, ita ut eam
 sufficiat et ei inhereat; inordinatio enim inest voluntati (St. Thomas,
 81, 1); Gylbius q. 4 et infra. Ex dictis fluunt Corollaria.

Secundum fidem Catholicam firmum tenendum est homines omnes
 ex Adam per generationem derivatos, peccatum originale ex ipso
 contrahere, nisi aliquis ex speciali privilegio a Communi lege
 eximitur. Dicitur 1^o omnes est, et verum sic ex peccato primi
 parentis traduntur culpa originalis ad omnes illos qui moriuntur
 ab Adam motu generationis, sicut a voluntate anime per
 motionem membrorum traduntur peccatum actuale ad membra
 corporis. (St. Thom. 1-2, 83) Item 1^o Christus non
 potuit laborem originalem contrahere, ut fide constat, non modo
 quia natura humana non potest subsistere nisi per Verbum,
 ut fide ferebatur, vel quia erat fortasse predestinatus ante
 peccatum et Decretum de peccato originali, proinde supra
 legem positus, sed etiam quia non fuit conceptus per motum
 — rem

generationis, verum per virtutem Spiritus sancti
 Hinc 2^o qui ex carne humana formaretur miraculose
 peccatum non contraheret, quia non est motus ad genera-
 tionem nisi per virtutem actiorem in generatione (St. Thomas,
 St. 4) 3^o Si, Adamo non peccante, Eva sola peccasset, filii
 peccatum non contraherent, quia motus seu principium actiorem
 est a patre. Dicimus 2^o Vixit aliquis ex privilegio, a communi lege
 exemptus. Hinc beata Virgo, quoad actum si non quoad
 debitum, immunis fuit a labe originali; quoad actum:

« Declaramus, pronuntiamus et definimus Doctrinam que tenet
 beatissimam Virginem Mariam in primo instanti sue Conceptionis
 fuisse singulari Omnipotentis Dei gratia et privilegio, intuitu merito-
 rum Christi Iesu Salvatoris humani generis, ab omni originali culpa
 labe preservatam, immunitatem a Deo revelatam, atque devoti ab
 omnibus fidelibus firmiter constantique credendam. Sic Constitutio Ineffa-
 bilis Pius IX an. 1854; servetur Scriptura sacra, in numeris Sanctorum
 Patrum et scriptorum ecclesiasticorum testimonio; theologi eorum
 scholarum Doctrina, fidelium et Ecclesie sensu, Sanctorum Pontifi-
 cum auctoritate, nec non et multis congruentibus rationibus. 2^o
 quoad debitum, 1^a sententia communior, tenet beatam Virgi-
 nem Decreto subditam in Adamo peccasse, et obnoxiam
 fuisse necessitati contrahendi peccatum, eo quod fuerit in primo
 parente secundum dominalem rationem, et ab eo descendit
 motione generationis; sed gratia Christi Salvatoris fuit preservata.
 (Lebermar, Sylvius, Curs. Complet. ect. ect.) 2^a sententia Bea-
 tam Virginem eximit etiam a debito; alii eximunt eam a debito
 proximo Quia non fuit comprehensa in pacto, vel sub
 Decreto de transmissione peccati (De Rhoder); alii etiam a debito
 remoto quia non existeret, si Adam non peccasset, unde
 non debuit sub Decreto comprehendi (Salazar); vel quia ante
 proerisum peccatum fuit cum Verbo incarnando preordinata
 Desperata et sancta supra vel preter quamcumque legem
 peccati per gratiam Christi predestinata, atque ideo redempta
 fuit redemptione preservata. (Curs. Complet. Tome 26. Colle-
 ction 89, in note.) De aliquo alio per generationem ab Adamo
 descendente, dicere quod non contraheret peccatum originale,
 etiamsi diceretur a privilegio factum, temerarium esset, et de
 heresi suspectum, quia esset exceptio sine fundamento a regu-
 la fidei et contra sensum omnium Catholicorum (Sylvius et
 alii omnes.)

Hinc 2^o quoad
 iustitiam originalem per peccatum primi parentis, seu inordinatio-
 nem naturae humanae per privationem iustitiae originalem. — 1^o

1^o In abstracto, relative ad preceptum et ex vi Decreti, ut supra
videmus, humanitas est una, integra et tota in Adam,
qui est Individuum et simul species, actus simul et passivus.
Illa Humanitas-Adam legis transgressione a Deo avertitur
et ordinatorem institutum subvertit et Dissolvit, est actus et
fit habitus culpabilis; ex actu sequitur reatus in humanitate
per se a se qui promittit singulis Individuis cum humano modo
participantis inesse debet. 2^o In concreto, in auctore, seu in
capite, peccatum originale est actus, ex quo in ipso consequitur
inordinatio nature individualis, et reatus per modum habitus.
In posteris est non actus, sed habitus; nempe privatio justitie
et quedam inordinata dispositio ex dissolutione illius harmonie,
in qua consistebat ratio originis justitie (St. Thomas 1-2, 82, 1).
habet aliquid de privatione, nempe privationem justitie originis,
et cum hoc inordinatam dispositionem partium anime. Unde non
est pura privatio, sed quidam habitus corruptus, secundum quod
importat rebus quoddam materiale, scilicet privationem ad
malum, non est habitus vere et proprie dictus sed habet
quidpiam simile habitui, nempe privationem potentiarum ad ea
que sunt contraria rationi, ex hoc quod subtracta sit
justitia originis. Est igitur culpa, reatus macula, inordinatio
malum morale et peccatum, aversio a Deo, consequens voluntate
nunc liberam ex parte Adam, subjectiva, activa, causativa,
in ejus actuali peccato; in nobis vero consequens, objectiva, passiva
terminativa. Est culpa, in quantum derivatur a primo parente,
ab ejus actuali peccato; habitus, non actus, ex voluntate B. G.
non ex proprio; peccatum receptum, non commissum; sumus
peccatores, non peccantes; peccatum nature, non personae, quia
peccatum est nature, que fit singulis propria; est nostrum
peccatum Adam vel ab Adam. 2^o Peccatum originale,
materialiter, quidem est concupiscentia, formaliter autem est
defectus vel privatio justitie originis (St. Thom. 82, 3 ad 1^o)
i. e. Formale in peccato originali est privatio justitie originis
quam nostram per voluntatem Adam expellit. Ex vi Decreti Divini
gratiam cum natura reperimus, sed vi peccati Adam
naturam recipimus contra Divinum institutum rebellem, atque
Divino non habentem gratiam quam habere deberet. Hoc
privatio propter B. G. peccatum est formale in peccato originali;
i. e. Materiale autem est aversio voluntatis a Deo, et defectus gra-
tie, et inordinatio potentiarum, que inordinate convertuntur
ad bonum commutabile; que quidem inordinatio communi nomine
potest dici concupiscentia. Rejiciuntur opiniones reserros,
que tenent peccatum originale consistere, vel in quadam
substantia mala; vel in concupiscentia simpliciter et presertim

XXX

ad sensum Lutheri et Calvini; vel in prava et morbida
Carne aut mentis qualitate; vel in ipso Adami peccato
extrinsece imputato, vel in Carentia justitie originis, vel
etiam (si sola ejus privatione, quod, non sufficit.)

B³ Peccatum originale est unum specie in omnibus,
diversum numero in Diversis, unum in uno. Etiam 1^o
quia solum primum peccatum Adami traditio; originale
peccatum est unum in uno homine, et in omnibus unum
proportione, scilicet respectu ad primum primum. 2^o
In omni indivisa Dispositione unitas speciei Consideratur
ex parte Cause, et unitas secundum numerum ex parte
subjecti. Porro si Consideratur peccatum originale forma-
liter et materialiter simul, sic ejus causa est una, id est,
Adamus peccans; et unus est modus transmissionis, nempe generatio
ordinaria. Si vero Consideratur materialiter tantum, nempe in ordinis
ta Dispositio potentialium, ejus causa est adhuc una, scilicet
privatio justitie originalis; unde peccatum originale est unum
specie ~~et proportionis~~ et omnium unum in uno homine. In Diver-
sis autem unum specie et proportione, sed numero Diversum.

(89, a Sylvius) Est in omnibus aequale; etiam quantum
ad defectum justitie originalis, non recipit majus et minus,
quia totum illud Donum sublatum est; nec quantum ad reser-
vationem hujus defectus ad peccatum primi parentis, a quo ~~quod~~
vitiam originem deducitur et recipit rationem culpe, quia
relationes non recipiunt majus et minus. Quod si, nunc soluto
vinculo justitie originalis, sub quo quoddam ordine omnes vires
animae continentur, in aequo vis tendit in suum proprium
motum et tanto vehementius, quanto fuerit fortius; et quod in
qualis sit prout ad concupiscentiam, ac unus alter prior
sit, hoc non est ratio peccati originalis sed ex Diver-
sis Corporis Complecionibus et potentialium Dispositionibus.

Equale
de peccato
in generali
liber
concupis-
centiam qui
non in le
materiali

(St. Thomas 82. 14) sicut soluto freno, doli quo continentur
equi, unus alter citius et vehementius sensorem agitat, aut
sicut inter eos qui ob eandem causam excecati sunt,
unus plura petitor in eadem a, sive cadendo, sive seorsum
caedendo, sive ob alias causas accidentales, secundum naturalem
Cursum. Articulus 3^{us} Subjectum peccati originalis. 1^o De

motum. Dicitur peccatum originale omnium fuisse in
Adamo, sicut in prima et principali causa, — omnes homines
qui via ordinaria generationis ab Adam descendunt, excepta
Beata Maria Virgine, peccatum originale contrahere;
denique illud peccatum esse in semine, sicut in causa
indivisaibili, quia virtute activa seminis cum natura
traducitur.

2^o Posimum, non est in Carne, sicut in subiecto, sed solum in anima, quia non Caro, sed sola anima est Capax culpa, sicut rationalis culpa habet peccatum actuale in ea solum parte in qua quoad derivatur, que nata est morari a voluntate, est que proprie Capax peccati. Sed Caro non est secundum se, nata morari a voluntate, sed anima. Unde peccatum originale est in anima, et corruptio Carnis, quatenus in munda Carne consistit, tantum rationem grane habet. Proterea peccatum originale est formaliter privatio, privatio autem forme est in eo tanquam subiecto, quod est subiectum forme, cuius est privatio. Atque anima est subiectum iustitie originalis. Peccatum originale inest in essentia anime prius quam in potentia. Et tamen generatio immediata anime eam attingit, in quantum est terminus et principium forme; gratia cuius peccatum originale est privatio, prius in essentia anime subiectatur. Ergo.

Articulus 4^{us} Effectus.

1^o In hac vita, privatio iustitie originalis, que est effectus peccati Adami et formale peccati originalis, est causa commutationis totius hominis in deterioris quoad animam et Corpus; hec commutatio et omnia mala, quibus obnoxii sumus, sunt effectus immediati vel mediati ~~vel mediati~~ Ab iniectione quoad commutationem iustitie originali subtracta. — 1^o quoad animam remanent quodam modo destituta suo ordine proprio, que naturaliter ordinantur ad virtutem; Ratio, in qua est prudentia, in qua est iustitia; Irascibilis, in qua est fortitudo, concupiscibilis, in qua est temperantia. In quantum ergo ratio suo ordine ad verum, est vulnus ignorantie, in quantum vero voluntas destituitur suo ordine ad bonum, est vulnus inobedientie, in quantum vero Irascibilis destituitur suo ordine ad arduum, est vulnus infirmitatis, in quantum vero concupiscibilis destituitur suo ordine ad delectabile moderatum ratione, est vulnus concupiscentie. Sic igitur ista sunt quatuor vulnera inflicta toti humane nature ex primo primi parentis per peccatum actuale, quatenus hec vulnera etiam sequuntur

et aliis peccatis 2^o quoad Corpus, tollitur Donum impossibilitatis vitae et Immortalitatis, obnoxium sumus Dolori, erumnis, morbis, vita est foetida et plena miseria, quorum agitat timor mortis et mare ipsa suscipit; a Mori necesse est! 2^o quoad Commutationem ex causa externis. Ex parte Dei, inimicitia, guba (Ephe. 2.); ex parte Diaboli, tyrannia, lentatio, obsessio, omni- moda versatio; ex parte hominum ob triplicem, auri, honoris et voluptatis Concupiscentiam, nascentur inimicitia, invidia, Odia, Dissentiones, ed; ex parte bestiarum; illa non agnos- cent potestatem hominis, in eum inveniunt, eum erocant, Colunt, terra et mare ei noxia essunt.

Probandum.

Quaeritur an natura fuerit vitiosa seu vulnerata intrinsecus vel extrinsecus tantum? Respondes Distinguen. Certa ex Controversis. 1^o Certa ex catholica Doctrina est naturam non esse in essentialibus Corruptam, (ex St. Thom. 8^o 1.), Ipsa enim principia natura, id est, ex quibus natura constituitur ex proprietas ex his causis tae, sicut potentia animae, sunt primum nature bonum, quod ne tollitur, ne minuitur. - Hinc manet hominis libertas seu liberum arbitrium, ad merendum vel Demerendum; ex proinde non solum libertas a coactione que non sufficit, verum etiam a necessitate. 2^o Potest homo captus propriis natura visibus aliqua (saltem) ordinis naturalis veritates cognoscere, aliquid saltem bonum morale facere, aliquem actum amoris Dei, ut auctoris et finis naturalis producere (ut probat a tractatu de Gratia) - 3^o Inclinatio ad virtutem, etiam naturalis, que convenit hominis eo ipso quod rationalis est, per peccatum aliquo modo), diminuta est.

Quo modo. 1^a Sententia est, naturam esse intrinseci corrup- tam et vices hominis esse in se entitatis delictos, quam in statu natura pura fuisent (Abraz, Leinos et alii). Et enim natura est corrupta; peccatum originale est habitus corruptus; inclinatio naturalis ad bonum est inimuta, sed hoc est aliquid intrinsecum animae; homo fuit spoliatus a gratuitis et vulneratus in naturalibus (Beda).

; liberum arbitrium fuit (sicut, attenuatum, ineluctatum / Concil. Arausicum, Tridentinum;) natura est aeream a Deo ut fieri altius simpliciter, proinde etiam naturali, inde potissimum Desumptis morali bonitas; homo non potest amare Deum super omnia ut auctorem nature, nec legem naturalem statum implere; Compensatur itaque a Sanctis Patribus homini vulnerato qui semi-virus relictus est; et degrotanti qui non potest sensu motus efficere, que omnia Dei non possunt de statu nature pure.

2^a Sententia est naturales hominis vires ad bonum non esse induritas et quoad existitiam suam immutatas, proinde non minores quoad substantiam, quam forent in statu nature pure. Est sententia Communis (Suarez, Bignon, Goussier, pag. 170 et mihi videtur fore certa. Etenim naturalia post peccatum manserunt integra. (St. Thomas.) Corruptio fuit per solam alterationem Donarum nature conditionum accidentium; homo nature sue relictus est. Concil. Tridentinum et Sancti Patres docent nature mutationem: peccato inductam factam esse factam esse per gratie adoptionis et Donorum que intuitu Concessorum et nature meritum accidentium amissionem. Naturales hominis vires sunt ipse facultates sunt ipse facultates que naturales; sed nec facultates sunt altate, quia necessariis Consequentibus formam hominis, ut proprietates, nec sunt aliqua sui proprietate mutata, que sunt spirituales et indivisibiles; nec Deum effecta sunt remissiones in sua naturali perfectione, nam intendi et remitti non competit naturalibus potentis que uniformi ratione dividuntur ab essentia. Interior autem difficultas ad bene operandum ex parte ex ignorantia et Concupiscentia, vel ex passibilitate corporis, non major est, quam fuit set in pura natura quia defectus illi non sunt habitus positivi.

— 2^a In altera vite.

Qui cum solo peccato originali decedunt,

83

in carnis p[er]nam d[omi]ni, id est, p[er]sentur visione Dei
intuitiva, seu beatitudine supernaturali, est de fide.

On p[er]nam sensus p[er]sentur? Alii affirmant, alii negant,
qui affirmant d[ic]unt eos simpliciter pati p[er]nam obigne,
alii aliquam bonam p[er]nam, alii d[ic]unt eor[um] de amissa
beatitudine supernaturali, alii nullam afflictionem.

Cavendum est ne d[ic]antur beati, felices, eos habere
beatitudinem, felicitatem naturalem simpliciter, sine addito.

Sunt Miseri, est miseria.

Sicut

Patrono meo Haroni Francisco.

" Mihi abundavit Desiderium, superabundavit gratia, (Psalm. 138.)

J. M. J.

L. P. d. d.

A. de Bazenville

Quod



H. Aurot, Cur
Bazamille. 84

Baccalariatus

Thesi theologice

De Natura lapsa
sive Peccato originali.

1^a Sectio

De Causa peccati
originalis, id est
De Causa et Natura
peccati

Hanc Thesim de peccato originali in duo capita Divi-
domus, ut materia tanti momenti, que sit rebus Credo,
in quo solitur tota religio christiana, accurate explane-
tur ac maxime claritate fulgeat. In primo Capite,
nobis agendum erit de peccato primorum parentum et de
ejus effectibus quoad ipsos, in secunda sectione, vel 2^o Capite,
de peccati natura, materia seu essentia, subjecto et effectibus pecca-
ti originali in posteris.

Caput 1^{um}

De peccato primorum parentum et de ejus effectibus quoad ipsos.
Hinc duo articuli.

Articulus 1^{us} An primi parentes peccaverint, et quomodo peccatum
comiserint? S¹o Primi parentes mandatum sibi a Deo datum
transgressi sunt. 1^o Preceptum quoddam peccati Deo imposta
erat Adamo his verbis injunctum; a Cedit ergo Dominus Deus
et posuit illum in Paradiso, ut operaretur et custodiret illum,
precepitque ei dicens; De omni ligno Paradisi comedes, de ligno autem
scientie boni et mali ne comedas, ut quo cumque enim die comederis
de eo, morte morieris (Gen. 2.). Quae intelliguntur, - 1^o De vera et
propria seu materiali arbore, quae est de fide certum, ejuscuque
speciei fuerit, foveam ab ejus excellentiori, sicut erat lignum vite;
quae arbor fuit dicta scientia boni et mali, et oritur, ut est
frequentior interpretatio, quia post dum, cognoverunt bonum
quod amiserunt, et mala quae incurrerunt; inde agitur de actio-
ne comedendi corporali, ne comedas. 2^o De precepto justo et convenienti
cujus ratio tota et adaequata potuit esse, vel saltem praecipua
fuit, obedientia Deo debita Divinae precepti recognitio, (ut saltem
in hoc modo aliquid observaret homo) ea sola ratione quod esset a
Deo preceptum (S. Thom. 2. 2. 188.) praeterea praesertim aliquid preceptum

propter legem naturalem menti hominis unitam, imponere videtur
 Conueniens praesertim quando agitur de ordine supernaturali, 34
 De precepto gravi, et genere suo, quod obligaret sub reatu peccati
 mortalis; hoc est De se; quia de facto fides docet Adamum et
 Evam peccasse mortaliter; mortem illis minatus est Deus et mor-
 tem incurserunt; peccaverunt eo gratius, qui in eo status fieri
 suis impleri poterat preceptum, et totam naturam humanam in
 Adamum huius status inducere debebat illius transgressio. 4^o De
 precepto soli Adamo a Deo immediate imposito, sed pro ipso
 et muliere, et in ipsis pro omnibus posteris; erat enim lex
 universalis et perpetua, quae obligatura erat omnes filios
 Adae in statu innocentiae nascituros, si perseverasset. 5^o De
 obligatione in sol. dum (sol. dum), x. sive lex illa peculiare
 pactum inter Deum et hominem, ut genus, traheretur, sicut
 multi volunt (Catharin, Palmeron x. sive ex vi solius precepti,
 sive pacto, obligatio illa Adamo et toti eius posteritati in
 ipso fuit imposita (Soto Vasquez), quia de solo precepto loquitur
 Genesis (3) et lex sufficit; sive conciliantur duo priores sententiae,
 videndo necessariam fuisse Institutionem vel Decretum ex peculiari
 Dei voluntate, quia necessarius fuit expressus Adami consensus,
 ut lex illa vim habeat obligandi in Adamo, tanquam capite,
 totam et integram naturam, ut ab individuis participabi-
 lem - 1^o Decretum fuit necessarium; Adamus enim spectari debet
 ut persona individualis, et prout erat caput humani generis,
 quod in eo virtualiter continebatur. sub priori respectu, lex etiam
 precise sumpta, ipsum obligabat, sine ullo dubio, de omnium
 Consensu; sub alio respectu in duplici sensu fit legis interpretati-
 o. 1^o in eo sensu quod omnibus Adae posteris prohiberetur
 esse arboris; ne comedas; in hoc sensu, lex mediante Adamo, ut caput
 attingebatur; 2^o in hoc sensu quod si Adam preceptum servaret
 fideliter, omnes eius posteris cum natura reciperent omnia dona
 tota natura humana delinqueret, et dictis donis privaretur. unde
 omnes qui nascituri essent, naturam in capite culpabiliter, adeoque
 Odoris spotatam reciperent. In eo sensu, videtur Institutionem
 praesertim supernaturalem factam fuisse; vel Decretum Divinum legi
 onerum aut in eo in casum fuisse; saltem hoc videtur suppo-
 nendum. Etiam lex vera, etiam perpetua, parentibus data, non obligat
 filios donec generentur, si lex spectatur precise, et sola res naturalis.
 Confirmatur, quia si Adam non peccasset, aliquis autem eius filius, ut
 v.g. Cainus de ligno comederet, alii ut Enoch, Caini filius, in patre
 non delinquerent. Item si Adamus filium ante peccatum suum haberet,
 ille filius et eius posteris peccati originalis participes non fuissent; non enim

ex lumbis hominis - Capitis lapsi, de eodem dicitur, Item Consummatio
 mortis, moete moriens, de posteris Adami etiam intelligenda est
 ex Concilio Arausicano et Ordentino; hoc autem ex sola natura
 rei esse non potuit, sine peculiari ordinatione. 2^o Constat etiam
Consensum Adami non fuisse necessarium. Sufficiebat per se volun-
 tas Dei ad ferendum hoc Decretum, sicut ad legem; maxime
 cum ageretur de transmissione Donorum nature in debitum,
 Sic igitur Adam constitutus est, non solum caput physice
totius generis humani, ut omnes ab ipso per generationem natu-
ram humanam reciperent, vel moraliter, ut alios instrueret et
precepta transmitteret, sed etiam caput morale vel genus ita est
 ab eius fidelitate penderet consensu seu unio Donorum supernatura-
rum cum natura in singulis ab eo per generationem descendent-
ibus. Hanc sententiam de Decreto Dei sine consensu Adami, probabi-
 liorem, re dicam veridicam existimamus.

* 1^o Mandatum sibi a Deo datum transgressi sunt; est De fide. In Genesi (3)
 De Era legitur: Uulit de fructu illius et comedit; Dedit que viro suo.
Traditio Judeorum de hujus modi procuracione fuit semper
constans, universalis et clara; sic passim in Sacris litteris
Moyse posterioribus (Sapientia 2. 34) legitur: Insidia diaboli mois in-
travit in orbem terrarum et ibidem 10, 2 de Adam dicitur et educit
(Sapientia) illum a delecto suo. Quod vero ad Christianos spectat, nut-
lum potest ori dubium, cum Ecclesia ipsam discerit a
Christo et obsequi apostolis. Liquidem Jesus (Joan. 8, 44) de diabolo dixit
dicit: Ille hominum erat ab initio, quatenus protoparentes ad pecca-
tum induxit et apostolus 2 Corinth. 11, 3. loquens de serpente, quo
rebuti instrumento diabolus novus est, coram, inquit, deduxit actu-
ria sua. Nec desunt penes omnes gentes hujus traditionis primi-
tive vestigia ut patet ex Zoroastri doctrina de Chimane in
Zend avesta apud medie et superioris Asie populos peruulga-
ta, item apud græcos ex Promethei et Herculis fabulis; apud
Agyptios ex hieroglyphicis ibidem reperitis, adeo ut res ipse
Voltaire in Philosophia historia scribere non dubitaverit:
Causa hominis est fundamentum theologie omnium penes antiquorum
populorum.

§ 2^o Primi parentes gratis peccaverunt. Peccatum consideratur quoad
speciem et quoad gratitatem

* 1^o quoad speciem. 1^o in peccatum, in cepit a tentatione externa
per serpentem certe corporeum et visibilem, in eo sat probabiliter, verum
omni as, que ut causa in terum entis alio, sensibili voce aut sono, Ere
locutus est per Demonem ut causam primariam et proprie
tentantem; hoc est sententia communis preter Cajetanum

Fuit peccatum superbiae. Et tunc, neglectis periculis spiritibus falsis, vel
particularibus dicendi modis, sententia communis est, Etiam non peccas.
se antequam serpenti responderet, nec in verbis quibus illi respondit,
(St. Thom. 18. 2.) sed incepisse peccatum statim ac illa verba serpentis
audivit: nequaquam movemini, sed eris sicut Diu, in elationem erumpit,
elationem subsecuta est experienti cupiditas in homine, et dubitatio
in muliere: Nam inerat menti amor propriae potestatis, et quaedam de se
superba praesumptio (August.), scilicet cum serpenti credidit, fructus pulchri
lucrum consideravit, et ad tangendum sese determinavit (St. Thom. 2. 2. 183
praesertim ad 4.). Et vero non poterat Eva peccare ex affectu aliquo
objecti sensibilis, quia non erat subiecta concupiscentiae, neque ex infideli-
tate, nisi aliqua perturbatio in animo eius processisset, quae ex solo
affectu propriae excellentiae oriri potuit.

2^o Adam peccatum. Nullum fuit priusquam Eva tentaretur, ut ~~reversimiliter~~
reversimiliter dicitur contra Cajetanum, qui docet Scripturam insinuare
primum Adam peccatum fuisse negligentiam exhibendi uxorem a comestione
relicti fructus, nec incepisse a tentatione et suggestione demonis immedia-
ta, sed per Evam quae dicit in suo, fuit peccatum superbiae, ut
communiter ~~docetur~~ docetur, cujus occasionem sumpsit ex his verbis,
eris sicut Diu, quibus mota fuerat Eva, et quae vero suo retulit,
(Bellarm. Suarez.) cum intentione reversimiliter eam inducendi ad suam imita-
tionem, quam cupiebat. Id suadent Scripturae, nam predictis verbis
alludit Deus cum dicit Eva Adam factus est quasi unus es nobis (Gen. 3)
In sum omnis peccati superbia (Ecclesiast. 10.) Sic Sancti Patres et communiter
Theologi cum St. Thom. Insuper haec probari potest ratione. Manifes-
tum est quod primum intentum inordinatio in motu interiori anima quam
prius quam in actu exteriori corporis, quia (ut ait August.) non committitur corpo-
ris sanctorum, manente animae sanctorum; sed inter motus interiores,
primum motus appetitus in finem quam in id quod quaeritur propter finem,
et ideo fuit primum peccatum hominis, ubi potuit esse primum appetitus
inordinati finis. Sic autem homo erat in statu innocentiae in statu
ut nulla esset rebellio carnis ad spiritum; unde non potuit esse
prima ordinatio appetitus humani ex hoc quod aliquod bonum
spirituale inordinate appetit. Non autem inordinate appetisset, si
appetendo secundum suam mensuram ex divina regula praestitutam.
Unde relinquuntur quod primum peccatum hominis fuit quoddam bonum
spirituale supra suam mensuram appetitum (St. Thom.) Insuper primum
tentantis fuit in contentum superbiae; eris sicut Diu. Et aliunde voluit

demon hominis ruinam eadem via qua ipse ad perditionem ducit.
 Denique humilitatis via ~~est~~ Christus humanam naturam reparavit.
 3^o Objectum superbiae. Inter extremas opiniones que magis
 res minus improbabiles videntur, sententia probabilior et Consummior
 dicitur prima parentes appetuisse quandam Dei similitudinem habe-
 re, non qualemcumque, sed homini in concessam et impossibilem, ita
 mirum ut sicut Deus omnium scientiam habet, nec indiget rector,
 nec cujuscumque potestati subditus est, sic et ipsi omnia scient, nec
 ab ullo regerentur, nec cuquam alteri subditi essent, sed independen-
 ter suo jure et arbitrio viverent. Hinc talis superbiae semina
 relicta sunt in humano genere, praesertim apud eos qui ut philosophi
 Tharisci, Pelagiani, Rationalistae volunt Naturae justitiam et justitiam Dei
 non subiciantur (St. August.) (Cotius) Suarez Liber 4 Cap. 3) 4^o Praeter
 superbiae et Consequentia ad illam, alia peccata propter parentes commise-
 runt. * 1^o Vera peccatum infidelitatis commisit, id est credidit aliquid
 dicti Dei et vere fidei contrarium (Aug. Thom.) non tamen, probabiliter
 cum pertinacia et haeresei formali; Desiderium habuit internum comeden-
 di de ligno, quod opere complevit et Consummarit; * 2^o Coniuncta
 fuit malitia gula; peccatum scandalii, cum dedit viro suo, et excusatio
 quae tamen videtur venialis (Suarez cap. 2)

2^o Vivamus ex St. Paulo (1^a Timoth. 2. v. 14) non seductus est, sed mulier. Multi
 St. Patres antiqui docuerunt Adamum seductum fuisse deceptione fidei
 contraria, et commisisse peccatum infidelitatis; proinde adendam esse
 ea verba apostoli vel partitiam primo vel particulam per seipsum.
 Sed ex Suarez et aliis, anteposenda est expositio et sententia St. Augustini
 dicens Etiam occidit credendo aliquid verbis Dei contrarium, sed
 Adamum seductum fuisse, sciendo illud esse peccatum, ductum amore
 uxoris, unde secundum peccatum non fuit infidelitas, fidei contraria, sed indi-
natus amor uxoris, ne contrivetur; tertium autem inobedientia.

* Quoad gravitatem. Multi, ique graves theologii, docent nullum
 omnino veniale peccatum in statu innocentiae committi potuisse (St.
 Thomas 1-2, 89, 3; Suarez Liber 3, Caput 13, Cotius, et.) Quisquid sit de hac
 opinione affirmamus peccatum parentum nostrorum fuisse mortale
 et gravissimum. Hoc constat ex multiplici malitia quam inquit
 scriptura et supra exposuimus; et ex verbis quibus in sacris litteris
 significatur, et ex opere redemptionis, et praecipi gravitate, facilitate,
 status perfectione, et praesentia beneficiorum Dei, et gravitate pena-
 rum quibus lex erat sancita. Queri potest. 1^o Non peccatum gravius
 fuit in Adamo quam in Eva? et 2^o an fuerit omnium peccatorum
 gravissimum? Quoad 1^{um} Distinguo. 1^o eorum peccatum videtur aequale
 in specie et objecto, nempe superbia, (in pari sexu, pari factu, St. Aug.) Quoad

* Non a la
 page 16 (en marge)
 la 2^e question (Aug. 1^{er})
 Aristotele.

ad eum virtutis, multum est excessus; superbia in primo sigmo vel instanti
 delicti per inconsiderationem gratiae fuit in Adamo, quia ratio erat
 fortior et major obligatio, sed ut perseverans et in progressu, major
 in Eva fuit 2^o Peccatum infidelitatis in Eva, et amoris vocavit suae in
 Adamo, gravior fuit in Eva quam in Adamo. 3^o Peccatum inobedi-
 tie majus est in Adamo ea eius conditione, et in Eva gravior et motu,
 scilicet appetitione excellentiae et a majori libertate, dum Adamus
 amore uxoris et fragilitate deliquit. 4^o Peccatum, id est, scandalum, est
 Eva solius. Hinc, pensatis omnibus, videtur forsitan Eva gravior peccasse
 quam Adam. (vide ad eadem paginam suspensionem ad secundam quaest. an gravior sit Eva.)

Articulus 2^{us}

Articulus 1^{us}

Effectus peccati in primis

parentibus. — Per peccatum suum a Deo aversi sunt. Sicque
 1^o sanctitatem et iudicium in qua constituti fuerant amiserunt et
 incurserunt per offensam praesentationis, iram Dei et indignationem,
 personaliter et formaliter effecti sunt, injuri, ingrat, odibiles, a Deo rejecti.
 Hinc amoris animae, seu spiritualis vitae supernaturalis, et consequenter
 cujuscunque juris et proportionis ad visionem intuitivam et ordina-
 tionem supernaturalem. 3^o an amiserunt fidem, alii affirmant, alii
 negant; saltem eam amittere meruerunt, eoque privari quia incurse-
 runt De jure omnia Damna ordinis supernaturalis. 4^o Probati sunt
 bonis et virtutibus quae in Deo duntaxat cum gratia sanctificante
 erant concessa et cum ipsa servanda vel amittenda; 1^o Mortem
 corporis incurserunt, quoad illi Deus comminatus fuerat. 2^o Immunitatem
 ab omnibus, a doloribus et omnibus nocivis perdidit. (Genes 3, 16, 17, 18.)
 3^o amissa gratia quae continebat potentias, amiserunt triplicem subjectio-
 nem, ^{id est} mentis ad Deum per intellectum ad cognoscendum, et voluntatem
 ad obediendum, partium inferiorum animae ad superiorem, et corporis
 ad animam, vel rationem, nam haec triples subjectio constituebat justi-
 tiam originalem in sensu stricto; Propterea concupiscentiae obnoxii
 fuerunt; «Donatus est homo sibi, quia deseruit Deum placendo sibi; et non
 obediens Deo, non potuit obedire nec sibi;» ita ut qui custodiendo mandatum fa-
 cturus fuerit etiam carne spiritualis, fiet etiam mente carnalis. (St. August.)
 4^o Perdidit scientiam amiserunt, et errori ac deceptioni obnoxii
 facti sunt, sic totum Adam per illam praesentationis offensam
 secundum corpus et animam in dexterius commutatum fuisse, a Tridentino
 definitum est. 3^o Cum Adam et Eva peccatum fuerit personale
 et actuale, per am am damni, tum sensus in altera vita
 tuendam incurserunt 1^o quidem quia a Deo ut fine supernaturali aversi
 sunt; 2^o vero quia, cum propria voluntate injuriam Deo intulerint,
 cum etiam ut finem ^{ab omni} naturalem, ad bonum commutabile conversi et
 in propria excellentia quiescentes.

Caput II:

lectio secunda.
De propagatione
peccati originalis.

De ~~re~~ existentia et translatione, essentia, subjecto, effectibus
peccati originalis.

Unde quatuor articuli secusim enucleandi sunt

Peccatum originale dicitur: illa natura humana macu-
la vel inordinatio, que cum ipsa natura ab Adam per genera-
tione propagatur

Articulus 1^{us} Existentia et translatio peccati originalis.

Ad statum questionis rite cognoscendum iuberent preno-
tare: 1^o non esse permiscendum dogma de originali pecca-
ti existentia et propagatione cum propagationis modo.

Illud enim de fide est, istud vero non iton. 2^o Non contro-
versiam pariter esse permiscendam de existentia cum natu-
ra et essentia originalis peccati. Circa essentiam seu naturam
ejusmodi peccati plures videntur discrepantes sententia non
solum inter catholicos et protestantes sed etiam inter catholi-
cos ad invicem. Voratores enim seculi XVI contenderunt peccatum
originale aut in aliqua substantia consistere, aut in ipsa concupis-
centia, aut in actuali gratia cupiditate. Pauci theologi catholici
videm peccatum consistere in morbida quadam anime qualitate.

1^o peccatum originale quod est mors anime, in hoc poste-
ros transgredi docent sacre littere constants et universales
traditio. Hec doctrina est de fide catholica. Nam Consi-
lium Tridentinum dicit in canone 2^o. Si quis hoc peccatum
sibi soli et non ejus propagationi assentit noverit, et acceptam a Deo sane
Adam et justitiam quam perdidit, sibi soli et non nobis etiam perdi-
disse; aut inquitur illum per inobedientia peccatum matrem et
genitricem corporis tantum in omne genus humanum transfudisse, non
autem et peccatum quod est mors anime, anathema sit. Item in
canone 3^o. Si quis hoc peccatum quod origine unum est, et propaga-
tione, non imitatione transfudum omnibus inest unicuique proprium....
per aliud remedium tolli quam per meritum... Jem Christi... anathema sit.

Ex his ergo colligendum est rectum culpe, quatenus ab Adam
actione protulit, in omnes ejus posteros transgredi fierique
unicuique proprium. Hanc veritatem destruit q^{ta} Scriptura.

Clarissima sunt verba apostoli Pauli. (Rom. 5, 12.)

Sicut per unum hominem peccatum in hunc mundum intravit, et per pecca-
tum mors, et ita in omnes homines mors pertransiit, in quo omnes
peccaverunt; et v. 18 Sicut per unum delictum in omnes homines
in condemnationem, sic et per unius justitiam in omnes homines
in justificationem vite; ac v. 19 Sicut per inobedientiam unius hominis
peccatores constituti sunt multi, ita per unius obedienciam, justi consti-
tuendur multi p

Et in quodam ad Corinth. 5. 14. Unus, inquit, pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui sunt, et pro omnibus mortuus est Christus. Concludendum est ex quodam igitur. 1^o Deo omnes morte obnoxii sunt, quia omnes in Adam peccaverunt, iam vero non peccaverunt omnes qui morte obnoxii sunt peccato actuali ut infantes, ergo omnes peccaverunt peccato originali. 2^o eadem ratione constituuntur peccatores homines per sola peccatum, seu inobedientiam, quae constituuntur iusti per Christi meritum et obedientiam; atqui homines vere et intrinsece per obedientiam et meritum Christi iusti constituuntur seu formaliter, ergo vere et intrinsece, seu formaliter per peccatum et inobedientiam sola homines constituuntur peccatores. 3^o Etenim Christus pro omnibus, quatenus omnes mortui sunt, aliquo peccato sive propria voluntate peccato aut peccato voluntate aliena. Porro non omnes mortui sunt peccato propria voluntate peccato, ergo omnes mortui sunt peccato voluntate aliena peccato, nempe Adami, seu quod idem est, ex aductis Pauli testimoniis luculentis patet in omnes transgredi peccatum originale.

Haec rati ac robur accipiunt ex apostoli scopo, qui est attendendi aduersus Iudaeos quomodo omnes homines ex iustitia unius Christi iustificentur, in autem oritur argumento, quod vocant ad hominem, et recepta apud Ios doctrina de damnatione in omnes homines per sola peccatum illata, uti fatentur ipsi ration alista libelli Michaelis, Lemon, Peronmaller.

Ad B. apostoli verba optime conueniunt, haec alia Veteris Testamenti. Job. 1. 4. Quis potest facere mundum de immundo Conceptum sordis? Vnde tu qui solus es? Rogitur ergo de Sordis, a qua solus Deus mundare potest, ac prouide de peccato proprie dicto, in Conceptione transmissio. Septuaginta habent, Quis mundus erit a sordis? Nemo etiam unius diei sit vita qui super terram. Ps. 50. 1. y. Ecce enim in iniquitatibus Conceptus sum, et in peccato Conceptus mater mea (in textu hebraico habetur in iniquitate peccato) porro ille fetus de solo peccato originali indiget, et resera sic enim intellexerunt Iudaei et fratres Ecclesia inter quos St. Augustinus, in hunc locum: « Numquid David de adulterio natus erat, de Jesse vero iusto et Coniuge ipsius? quid est quid se dicit in iniquitate Conceptum, nisi quia tribuitur iniquitas ex Adam. Etiam ipsum vinculum mortis cum ipsa iniquitate Concretum est. » Ergo.

Præter existentia peccati originalis probatur Traditione et ratione. 1^o Traditione. Unanimis fuerunt Patres circa hoc Dogma, a tempore Pelagianorum, ante Pelagianos autem plures citari possunt, inter quos St. Justinus, Dialog. cum Tryphone: « nec nasci, nec auferri Deo sustinuit Christus, quod his rebus indigeret, sed pro humano genere quod ab Adamo in mortem et serpentis fraudem in euerat. »

Certullianus l. de Testimonio anime, caput 3: ait hominem a Salasā
 circumtentum, preceptum Dei vidisse, et addit: a propterea in modum datus,
 secundum totum genus de suo semine infectum, sua etiam damnationis traducenda fecit.
 ¶ Athan in Ps. 50 part 2: u. Ob Adami iniquitatem, omnes qui ex
 Adamo oriuntur, in iniquitatibus concipiuntur, proari sui damnatione collosi.

Patet ergo Sanctos Patres ante Pelagium existentes dogma peccati
 originalis unanimiter admisisse, unde ¶ August. respondit Pelagio dicenti
 Transfusorem huius peccati Constatum fuisse (De Baptis. l. II Cap. 12.)
 "Non ego finxi originale peccatum, quod catholica fides credit et antiqui-
 tas; sed tu qui hoc negas, sine dubio es novus hereticus." Ergo 2^o

Qui plurima S. Patrum ante Pelagianos existentiam existen-
 tiam Testimonis legere poterit, consulat auctores qui de hac questione
 fusius disseruerunt, et in primis Bossuet, Defensio de la Tradition l. 8. cap.

2^o Prob. ratione. (a) Semper creditum fuit in ecclesia, et etiam apud
 plurimos hereticos et schismaticos, baptismum necessarium esse ipis
 parulis ad salutem, atque baptismus necessarius non esset parulis
 ad salutem, si peccatum originale non existeret. (b) Ceremonie baptismi
 ut exorcismi et insufflationes, supponunt parvulos spiritum immundo
 subjectos esse, ergo habent peccatum originale, et natura sunt filii ^{divi} dei.

(c) Christus semper exhibetur ut Redemptor omnium, parvulorum
 sicut adultorum; at Redemptor parvulorum non esset, nisi
 peccatum originale existeret. (d) Natura hominis multis modis
 obnoxia, admissio peccati originali facile explicatur, et absque peccato
 originali nulla ratione explicari potest. unde Pascal (Pensées.)
 "l'homme est plus inconcevable sans ce mystère, que ce mystère n'est
 inconcevable à l'homme. Ergo. Ergo.

Existentiā huius peccati originalis probatam, nunc attendendum est
 quomodo contrahatur vel communicetur, deinde quomodo sit unicuique
 proprium. 1^o Adamus erat constitutus caput physicum et morale
 (ut supra dicimus) omnium hominum. Hinc s: in abstracto, seu in
 ordine idealis, totum genus humanum est in Adamo una persona
 moralis quantum ad actus ex quibus pendebat, Conservatio vel
 amissio justitiæ originalis. Adam transgrediente preceptum, sta-
 tim desinit natura humana integra; omnes homines, sese omnes
 anime a justitiâ originali, quæ erat in eis ex vi decreti in
 conceptione infundenda, concidunt; nec potest aliqua individualis
 natura humana per generationem nasci, nisi privata donis justitiæ,
 atque adest inordinata. Hoc potest vocari decretum inoprobabilitatis.
 2^o In concreto autem seu in ordine reali, peccatum traducitur et
 contrahitur per generationem quod duplici modo intelligi potest
 * Uno modo; juxta leges propagationis gignitur seu concipitur
 homo, ex uno, vivens ex vivente, natura individuali, totum
 totum

substantiale constans ex corpore et anima, ut ex partibus
 essentialibus; unde ad eandem legem pertinet corporis formatio
 et anime infusio. Porro cum natura humana communis pecca-
 to per voluntatem Adam, capitis sui et principii motentis,
 inficitur; omnis individualis natura per generationem participata
 caret gratia, quam labore debet; proinde corpus privatur
 virtute qua esset anime subijabile, et anima virtute qua
 perfecte corpus subditum regeret. Sic generatio est causa
 materialis per accidens talis inordinationis. Videatur St. Thomas
 (1-2, 81, in corpore) ubi dicit omnes homines considerari posse,
 sicut unum hominem, vel corpus, et « sicut homicidium manus
 imputatur, in quantum est aliquid hominis quod movetur a primo
 principio motu hominis; sic inordinatio que est in isto homine
 ex Adam generato, est voluntaria voluntate primi parentis,
 qui movet motione generationis omnes qui ex ejus origine derivantur, sicut
 voluntas anime movet omnia membra ad actum »
 (Item respond ad 2^{am} et 3^{am} de Potent (quod 3): « humana natura traducitur a
 parente in filium per translationem carnis, cui postmodum anima
 infunditur; et ex hoc infectionem incurrit quod fit cum carne
 « traducta una natura »; alio modo; corpus ex carne peccati
 conceptum habet aliquam occultam dispositionem ad peccatum; ani-
 ma autem, que est peccati capax, cum infunditur corpori, ut ejus
 forma et pars substantialis unius compositi, ex contagio corrup-
 tur et foeditur, ut flos in hoc foetido; sicut anima dolo-
 ret, si unietur corpori vulnerato, aut in flammis
 posito (Innoc. III; Costus et alii.) St. Thomas hunc sensum indi-
 cat in 2^a Distin. 30 2. ad 3. et § 11. anima non inficitur per infec-
 tionem corporis, quasi corpore agente in animam, sed per quandam
 collimationem unius ad alterum, quia forma recipitur in materia secun-
 dum conditionem ipsius materiae, cum omne quod est in altero, sit in eo
 per modum recipientis. Et ideo hoc ipso quod corpus illa virtute privatur
 qua perfecte erat subijabile anime sequitur etiam quod anima illa
 virtute careat que perfecte corpus subditum regat. Et talis defectus origina-
 lis iustitiae culpa est materia, prout consideratur consequens ex
 voluntate alicujus, habentis naturam ex qua natura traducta est. — St. Thomas
 alii modi, semper; opinio eorum qui dicunt ex nullo pacto
 vel decreto, sed ex natura rei per libidinem sive concupiscentiam
 generantium, que carnem inficit, traducit peccatum ad modum Canceri,
 aut venenosae qualitatis (Luth. Calv.), vel eorum qui velent esse in
 corpore aut formalem rationem peccati, aut qualitatem aliquam

que realiter aut physice inficeret animam et ei haberi impi-
meret; vel eorum qui docent homines esse peccati reos, quia
si Nda tempore recisissent, velut Ndam peccassent, et conseri De-
beret ei voluntates suas commisisse.

Peccatum originale est peccatum proprie dictum, quia est mors
animae (Concl. Cii.); puritatis rectitudinis debita et Discontinen-
tia ad rectam rationem, cui debetur mors atque dignum peccati (Vomg);
insuper peccatum originale habet haberi, maculam originis
vitiosae, reatum; in quibus omnibus convenit cum peccato
actuali. 1° Est peccatum unicuique proprium. (Can. 3 Cii. l.)

Cum singuli infantes sint immundi, abluque indigeant, mors
est unicuique propria; iustitia originis singulis transmissa
fuit; ergo eodem modo peccatum. — Dicitur peccatum
Naturae, quia contrahitur hoc ipso quod quisque recipit
naturam a primo parente; quia est ab ipsa natura seu a
nativitate; quia est commune toti naturae sed ab Ndam
via ordinaria propagata; quia sola natura recipitur, nec
ab hac persona contrahitur per actum propriae voluntatis.

Dicitur originale quia nobis ab origine seu a primo genera-
tionis initio communicatur, et a primo parente, qui est omnium
nostrum origo, vel etiam a primo ipsius peccato. — Dicitur
hereditarium, quia non propria voluntate committitur, sed ex
prima primi hominis transgressione contrahitur. — Quia est
vitium naturae, fit etiam vitium personae propriae, in quan-
tum personam naturam ~~vitiosam~~ vitiosam recipit (St. Thom. 1-2. 81, 1)

2. Sent. dist. 30) Insuper peccatum ^{originale} est ~~hereditarium~~ in partibus,
partim voluntate primi parentis, ex qua active et passively descen-
dit, partim voluntate singulorum passively et hereditatis jure,
ita ut eam inficiat et ei inherat; inordinatio enim inest
voluntati (St. Thom. 81, 1; Gylsius 9. 4 et infra). Ex dictis fluunt:

Corollaria. Secundum fidem catholicam firmiter tenendum est
homines omnes ex Ndam per generationem derivatos, peccatum
originale ex ipso contrahere, nisi aliquis ex privilegio speciali
a Communi lege eximatur. Dicimus 1° Omnes (est) ceteri sic ex peccato
primi parentis traduntur culpa originalis ad omnes illos qui
moverentur ad Ndam motione generationis, sicut a voluntate animae
per motionem membrorum traduntur peccatum actuale ad membra
corporis (St. Thom. 1-2. 81, 3) hinc 1° Christus non potuit originalem
haberi contractore, ut fide constat, non modo quia a natura humana
non poterat subsistere nisi per Verbum, ut Christus fieret,
vel quia erat fortasse praestitutus ante peccatum et
Decretum de peccato originali, proinde supra legem positus, sed

Etiam quia non fuit conceptus per motum generationis
 rem per virtutem Spiritus Sancti
 hinc 2^o quia ex carne humana miraculose formaretur
 peccatum non contraheret, quia non est motus ad generationem
 nisi per virtutem activam in generatione (S^{ct} Thomas 81.4). 3^o S^{ct}
 Adamo non peccante, Eva sola peccasset filii peccatum non
 contraherent, quia motus seu principium activum est a patre.
 Dicimus 2^o nisi aliquis ex privilegio a communi lege eximatur. hinc
 1^o Beata Virgo quoad actum si non quoad Delictum, immu-
 nis fuit a labe originali. quoad actum. Declaramus, pronuntiamus
 et Definimus Doctrinam quae tenet beatissimam Virginem Mariam
 in primo instanti suae conceptionis fuisse singulari omnipotentis Dei
 gratia et privilegio, intuitu meritum Christi Jesu salvatoris humani
 generis, ab omni originis culpa labe praesentatam immunem, esse
 a Deo repletam, atque videlicet, ab omnibus fidelibus firmiter constanterque
 credendam. Sic Constitutio Ineffabilis P^{apae} an. 1854, suadetur
 Scripturae sacrae, innumeris in multis sanctorum Patrum et scriptorum
 ecclesiasticorum testimoniis, Theologicarum scholarum Doctrinae, fidelium et
 ecclesiae sensu, Summi Pontificum auctoritate, necnon et multis
 congruentibus rationibus. 2^o quoad Delictum. — 1^a sententia, communis
 tenet S^{ct} Virginem Decreto subditam in Adamo peccasse, et obnoxiam
 am fuisse necessitati contrahendi peccatum, eo quod fuerit in
 primo parente secundum seminem rationem, et ab eo descendit
 motione generationis, sed gratia Christi salvatoris fuit praesentata
 (Lieberman, Sylvius, Curs. Complect.) 2^a sententia B. Virginem eximit
 a delicto; alii eximunt eam a delicto proximo durascentem
 seu non fuit comprehensa in pacto vel sub Decreto de trans-
 missione peccati (De Rhodes). alii a delicto etiam remoto, quia non
 extitisset, si Adam non peccasset; unde non debuit sub Decreto
 comprehendi (Salazar); vel quia ante praesens peccatum, fuit cum
 Verbo in Carnando praedestinata Deipara et sancta, supra vel praeter
 quamcumque peccati legem per gratiam Christi praedestinata; atque
 Deo redempta fuit redemptione praesentata (Curs. Compl. tome 28 col. 697^{note})

De aliquo alio per generationem ab Adamo descendente,
 videlicet quod non contraheret peccatum originale, etiamsi diceretur
 ex privilegio factum, temerarium esset, et de haeresi sus-
 pectum, quia esset exceptio sine fundamento a regulae fidei et
 contra sensum omnium Catholicorum (Sylvius et alii omnes).

Articulus 1^o Essentia. Peccatum originale est privatio justitiae
 originalis per peccatum primi parentis, seu inordinatio natura-
 rum ante per privationem justitiae originalis. — 1^o In abstracto, relative

ad preceptum et ex vi decreti, ut supra dicimus, humanitas est una, integra et tota in Adamo, qui est individuum et simul species, actus simul et passivus. Illa Humanitas - Adam legi transgressione a Deo avertitur et ordinationem institutam subvertit et dissipat; est actus et fit habitus culpabilis; ex actu sequitur reatus in humanitate permanent, qui proinde singulis individuis in eam humano modo participativus in se debet. In concreto In auctore seu in capite, peccatum est actus ex quo in ipso Consequitur inordinatio nature individualis, et reatus per modum habitus; - in Posteris est non actus sed habitus, nempe privatio justitie et quaedam inordinata dispositio ex dissolutione illius harmonie in qua consistebat ratio originalis justitie (1^a Thom. 1^a 2^a 82, 1.) habet aliquam de privatione, nempe privationem justitie originalis, et cum hoc inordinatam dispositionem partium anime; Unde non est pura privatio, sed quidam habitus corruptus, secundum quod importat velut quidam materiale, scilicet pronitatem ad malum; non est habitus vere et proprie dictus, sed quidpiam simile habitui, nempe pronitatem potentiarum ad ea que sunt contraria rationi, et hoc quod subtracta sit justitia originalis. - Est igitur culpa, reatus, macula, inordinatio, malum morale et peccatum, aversio a Deo, consequens voluntarium liberum ex parte Adam subjecti, actus, causative in eum actuali peccato, in nobis vero consequens objective, passivum derivativum. Est culpa in quantum derivatur a primo parente, sicut ab eius actuali peccato; habitus, non actus; ex voluntate Adæ, non ex propria; peccatum receptum, non commissum, sumus peccatores, non peccatores; peccatum nature, non persone, quia peccatum est nature, que fit singulis propria, est nostrum peccatum Adam vel ab Adam. - 1^o Peccatum originale materialiter quidem est concupiscentia, formaliter autem est defectus vel privatio justitie originalis (1^a Thom. 82, 3^a 1^a 1^a); Formale in peccato originali est privatio justitie originalis quam nostra per voluntatem Adami expellit. Ex vi decreti Divini in gratiam cum natura recipimus, sed in peccato Adami naturam recipimus contra Divinum institutum rebellant, atque quidem non habent gratiam quam habere debent. Hæc privatio propter Adæ peccatum est formale in peccato originali. 2^o Materiale autem est aversio voluntatis a Deo, ex defectu gratie, et inordinatio potentiarum, que inordinate convertuntur ad bonum commutabile, que quidem inordinatio communi nomine potest dici concupiscentia. Rejiciuntur errores, vel opiniones que tenent peccatum originale consistere, vel in quodam

substantiā malā; vel in concupiscentiā simpliciter, et praesertim
ad sensum Lutheri et Calvini; vel in praetā et morbida carnis
aut mentis qualitate; vel in ipso Adamo peccato estinse
insutato, vel in carentiā justitiæ originalis, vel etiam in
sola ejus spiratione (quod non sufficit quavis dicat Perronne.)

3° Peccatum originale est unum specie in omnibus in
omnibus, Diversum numero in Diversis, unum in uno. Etiam 1° quia
solum primum peccatum Adamo traductus, originale peccatum est
unum in uno homine, et in omnibus unum proportione, scilicet
respectu ad primum principium? In omni inordinata Dispositio-
ne unitas speciei consideratur ex parte cause, et unitas
secundum numerum ex parte subjecti. Porro si consideratur
peccatum originale formaliter et materialiter simul, sic ejus
Causa est una, id est, Adamus peccans; et unus est modus
transmissionis, nempe generatio ordinaria. Si vero consideratur
materialiter tantum, nempe inordinata Dispositio potentiarum,
ejus Causa est adhuc una, scilicet justitiæ originalis;
unde peccatum originale est unum specie et nomine unum in
uno homine. In Diversis autem unum specie et proportione, sed
numero Diversum (82. 2. Sylvius.) Est in omnibus æquale; etiam
quantum ad defectum justitiæ originalis, non recipit majus et
minus, quia totum illud donum sublatum est; nec quantum
ad relationem hujus defectus ad peccatum primi parentis, a
quo per ritatam originem deducitur et recipit rationem culpæ,
quia relationes non recipiunt majus ~~et~~ minus. Quod si
nunc soluto vinculo justitiæ originalis sub quo quodam ordine
omnes vires anime continebantur, unaqueque vis tendit in
suum proprium motum et tanto vehementius, quanto fuerit
fortis; et quod inæquali sit pronitas ad concupiscentiam, ac
unus altera pronior sit, hoc non est natura peccati originalis,
sed ex Diversis Corporis Complexionibus, et potentiarum Dispositio-
nibus (St. Thom. 82. 14.) sicut soluto freno quo continebantur equi,
unus altera citius et vehementius seorsum agitatur, aut sicut
~~unus etiam~~ ^{inter eos} qui ob eandem causam excecati sunt, unus
plura patitur incommoda, sive cadendo, sive seipsum ledendo,
sive ob alias causas accidentales, secundum naturalem
rerum Cursum.

Articulus 3° Subjectum peccati originalis - 1° Remotum
Dicimus peccatum originale omnium hominum fuisse in
Adamo sicut in primo et principali causa; - omnes homines
qui ordinariā generationis viā ab Adamo descendunt, excepta

Beata Maria Virgine, peccatum originale contractore; - Denique illud peccatum esse in semine ut causa instrumentali, quia virtute actus seminis cum natura traducitur. 2^o Proximum, non est in carne, sicut in subiecto, sed solum in anima, quia non caro, sed sola anima est capax culpe; sicut rationem culpae habet peccatum actuale in ea solum parte ad quam derivatur, quae nata est moveri a voluntate, est quae propterea capax peccati; similiter peccatum originale habet culpae rationem in ea tantum parte, quae nata est voluntate moveri et ut capax peccati. Sed caro non est secundum se nata moveri a voluntate, sed anima. Unde peccatum originale est in anima; et corruptio carnis, quatenus in natura carnis consistit, tertium rationem prae habet. Praeterea peccatum originale est formaliter privatio, privatio autem forma est in eo tanquam subiecto, quod est subiectum formae cuius est privatio. Nos qui anima est subiectum iustitiae originalis. Quid anima creatur bona vel mala? Respondet anima creari bonam quoad bonitatem naturalem, sed quantum ad bonitatem moralem, Deus eam nec bonam, nec malam facit; nec bonam, quia cum in primo instanti peccatum habet, esset simul bona et mala sub ratione moris; non malam, quia Deus non potest esse causa mali; ergo non a Deo creante est mala, sed a carne inficiente; non potest autem creari nisi in corpore, eoque de semine dandi, ex quo legis de propagatione generis, quam Deus est ut provisor generalis, instituit ante decretum de conjunctione donorum supernaturalium cum natura; deo privatio et inclinatio inest anime per modum accidentis. 2^o Peccatum originale inest in essentia anime priusquam in potentia. Etiam generatio immediata animam attingit, in quantum est terminus et corporis forma; gratia cuius peccatum originale est privatio prius in essentia anime subiectatur, ergo. 3^o In ordine seu quoad inclinationem ad actum, peccatum originale prius respicit et inficit voluntatem quam aliam potentiam; quia hanc inclinationem ad actum peccati prius habet voluntas, et ab ipsa illam suscipiunt aliae potentiae. 4^o Tres sunt potentiae, generativa, concupiscibilis, et sensus tactus, quae magis sunt infectae quam aliae; quia concurrunt et ordinantur ad generationem actum quae traduntur peccatum originale. (St. Thomas, Sylabus, p. 83.)

Merendus 1^{us} Effectus. - 1^o In hac vita. Privatio iustitiae

(17)

virtutis ac meritum acquisitionem. — In statu nature lapsae defectus illi
et inordinatio potentiarum dicuntur et sunt vulnera, quia non sunt ex
conditione nature (S. Thom. 82 ad 1; 85, 3, supra) vel ex prima ejus institutione, sed ex
privatione justitiae, quae naturam perficere debet. Ista deordinatio et mala
alia consequentia justitiae privationem, sunt pars in peccati vindictam. Haec
autem omnia quae statum nature lapsae constituent, sunt Miseria, malum (le
malheur) quatenus sunt privatio mediorum ad finem vel ad medium privatio-
nem conferunt, ac ejus consecutionem impediunt; et Summa miseria, Summum
malum si agatur de privatione ipsius finis (vel supernaturalis, juxta omnes, vel
etiam naturalis juxta Thomistas).

Scholium. Quisquis a natura fuerit vitiatum esse vulneratum intrinsece vel extrin-
sece tantum. — Responsio. Distinguo. certa a controversis — 1^o Certa et catho-
lica doctrina est naturam non esse in essentialibus corruptam; ex S. Thom. (83)
Ipsa enim principia nature, id est ea quibus natura constituitur, et proprie-
tates ex his derivatae, sicut potentia animae, sunt primum natura bonum, quod
nec tollitur nec minuitur — hinc 1^o Manet in homine libertas seu liberum
arbitrium, ad merendum vel demerendum; ac proinde non solum libertas a coactio-
ne, quae non sufficit verum etiam a necessitate. 2^o Potest homo lapsus proprie-
is nature vobis (aliquas saltem) ordinis naturalis veritates cognoscere, aliquid
(saltem) bonum morale facere, aliquem actum amari Dei, et ut auctoris et finis
naturalis producere (ut probatur in Tractatu de Gratia). — 2^o Inclinatio ad virtu-
tem, etiam naturalis, quae continet homini ex ipse quod rationalis est, per
peccatum (aliquo modo) immutata est. Quo modo? 1^o Sententia est, natu-
ram esse intrinsece corruptam et vires hominis esse in se entitative debiliores,
quam in statu nature pure fuissent. (Solvarez, Lemos et alii.) Etenim, natura
est corrupta, peccatum originale est habitus corruptus; inclinatio naturalis ad
bonum est immutata, sed hoc est aliquid intrinsecum animae; homo fuit spolia-
tus gratis, et vulneratus in naturalibus (see ~~Thom.~~ Beda); liberum arbitrium
fuit laesum, attenuatum, inclinatum (Comit. Brause, Crident.); natura est aversa
a Deo ut fine ultimo simpliciter, proinde etiam naturali, unde potissimum deducit
moralis bonitas; homo non potest amare Deum super omnia ut auctorem
nature, nec legem naturalem totam implere; comparatur itaque a S. Patribus
hominis vulnerato qui semi-vivus relictus est, et egrotanti qui non potest
sanos motus efficere. Quae omnia dici non possunt de statu nature pure.

2^a Sententia est, Naturales hominis vires ad bonum non esse intrinsece et quoad
entitatem suam immutatas, proinde non minores quoad substantiam, quam fuerint
in statu nature pure. Est sententia communis (Suzer, Bijon, Lordin p. 170) et
mihi videtur certa. Etenim: naturalia post peccatum manserunt integra (S. Thomas
1, 95; 1, 2, 85, 12), corruptio fuit per solam ablationem donorum nature conditionum ecce
videtur (1, 2, 85, 12, 5) homo nature suae relictus est (85, 7). Comit. Crident. et S. Patres
docent naturae mutationem peccato inductam factam esse per gratiae adoptionis
et donorum ejus virtute concessorum et natura meritum excedentium, amissionem.
Naturales hominis vires sunt ipsae facultates quae naturales, sed nec facultates
sunt abatae, quia necessario consequuntur formam hominis hominis, ut proprietates
nec sunt aliqua sui portione mutatae, quia sunt spirituales et indivisibiles;
nec omnino effecte sunt remissiores in sua naturali perfectione, nam intendi et
remitti non competit naturalibus potentiis quae uniformi ratione dimanant
ab essentia. Tamen autem difficultas ad bene operandum exorta est igno-
rantia et concupiscentia, vel ex passibilitate corporis, non major est quam
fuisset in pura natura quia defectus illi non sunt habitus positivi.

Hinc solutio generalis ad controversias rationales 1^a sententiae. In pura natura

esset sua carentia perfectionis indelita, dum in natura lapsa est privatio per modum offense et inimicitie causata. Extrinseca autem vulneratio duplici modo. Vires a theologis hujus secunda sententia intelligitur. 1^o alii dicunt simpliciter et absolute Postero Adam non esse etiam in actu primo et ex ripre-
 celi originali, debiliores ad prestandum bonum morale hominis nature proportio-
 natum, quam essent in puris naturalibus, quia privantur solum visione, gratia
 sanctificante et voluntate qua cum ipsa erant concessa; non autem contraxerunt
 debita carentia cogitationibus et motionibus congruis, seu auxiliis ad bonum operandum
 esse Conaturali Dei providentia homini puram naturam obtinenti debitis, que
 sub Decreto de Donis transmittendis non comprehendebantur. (Suarz, Bifonius)
 2^o alii e contra; licet natura et ejus potentia non sint intrinsece et in sua
 entitate debiliores, dicunt debilitatem virtutum circa bonum naturale et proxima-
 tem ad malum esse majorem in natura lapsa, quam esset in pura, et tripli-
 a Capite. 1^o ex aversione voluntatis a Deo ut fine ultimo tum supernaturali
 seu gratie, tum naturali, seu nature. Et enim peccatum est contra Deum
 etiam ut auctorem nature; unde natura lapsa, per peccatum originale a
 manum habet in dispositionem, dum natura pura esset ad Deum conversa, et
 ad influentiam naturaliter disposita. 2^o Ex subtractione auxiliiorum et protec-
 tionis Divine, etiam circa bonum naturale. Nam preterquam quod caret
 natura et ad implendam totam legem naturalem, que ad beatitudinem
 naturalem non dirigitur, auxiliis etiam ordinariis non servatur in eam a seorsum
 non equaliter servat et dirigit illos, quos dicit, et quos dirigit, ergo major
 peccatum originale (vident Hec. 5.) nec eadem esset in natura pura, quando
 non peccasset homo. Hinc et ipsa natura lapsa conditione, homo infallibi-
 liter ad bonum commutabile declinabitur (Yondin, Conclus. 3 page 180.)

— 2^o In altera vita. Qui cum solo peccato originali decet
 Quod, incurrit penam damni, id est, privantur visione Dei intuitiva
 seu beatitudine supernaturali, est de fide. Cui penam sensus patiuntur?
 alii affirmant simpliciter eos pati penam ab igne, alii aliquam legem
 penam, alii dolorem cordis de amissa beatitudine supernaturali, alii
 nullam afflictionem. Unde possunt ipsi concedi aliqua bonorum naturalium
 fructus, gaudia (Et Thom. est.) que aequaliter dici possunt beatitudo naturalis,
 nisi talis, qualis esset in pura natura, inquit non pauci, non integra
 sed incompleta, dicunt alii, quia propter ordinem subordinatum, hoc ipso
 quod a fine supernaturali totaliter recederunt, naturalem saltem partem
 amiserunt, quia ordo naturalis caret sua integritate et perfectione. Itaque
 carendum est ne dicantur beati, felices, eos habere beatitudinem, felicitatem natu-
 ralem simpliciter absolute, sine adito. Et etiam in contentia, que dicit
 eandem beatitudinem esse, quam in pura natura, non debet vocari simpliciter
 beatus propter omissionem beatitudinis supernaturalis, que est simpliciter
 finis ultimus ultimus. Sicut Hec, est Hec.

Datione meo Fr. Haverio
 Finis
 G. Cuvier, loci de Bazainille par
 Honan (Gene et Orse)
 11. 16. 7.
 ubi abundavit calicium, superabundavit gratia (Rom. 8)